

15. Ac principem facile auctoritatem in hoc genere Cause sibi vindicare Ecclesiam, vel inde constat, quod non modò labor iste conscribendæ Confessionis, jussu ac mandato principum, civitatum & Rerumpublicarum, aliorumq; ordinum, Lutheri doctrinam tum amplectentium, à Theologis fuit susceptus: testibus Sleidano, Chytraeo & Cœlestino: Sed ipsa etiam confessio jam conscripta prius exhibitæ non fuit, quàm in ipsis Comitibus, in frequenti Evangelicorum conventu, presentibus principibus, alijsq; Gubernatoribus, & concionatoribus sive Theologis ordine de singulis Articulis esset disputatum: uti videre est, ex præfat. Tom. 1. operum Philippi: & ex confessione. Doct. Erhardi Snepfij piæ memoriæ editâ anno 1555. Histor. Conf. August. pag. 133.

3. Ecclesiæ inventio.  
Sleid. lib.  
lib.  
Chytr. hist. pag. 18.  
Cœlest. part. 1. pag. 25.

16. Unde Confessio sui inventionem Ecclesiæ primùm debet: indeq; tam dignitatem atq; privilegium est sortita, ut nunquàm pro privato aliquo, sed publico semper atq; Ecclesiastico scripto ac symbolo fuerit accepta & habita.

17. Deinde verò D. Luthero in hoc negotio secundas, & quidem ipsam οἰκονομίαν sive dispositionem operis deberi, constanter .. asseveramus.

11. Luth. dispositio.